Hic Tit. agit de Mortis Cauſa

- Donatione, qua
  - Conſtituitur. v. pag. præc.
  - Verſatur circa Res in Commercio exiſtentes. (1.) Sive Proprias ſ. Alienas: nam hiſce traditis tranſit uſucapiendi facultas. l. 13. l. 33. ff. h. (2.) Sive Certas ſive Univerſas. a. l. 17. ff. l. f. C. h. Omnium verò Bonorum Donatio haud rarò fit cum Reſervato. e.g. 1000. th. quò de iis diſponere liceat. P. 3. C. El. 2. ubi, cum Donator Moritur, neque Summam Reſervatam cuiquam legitimè Aſſignavit, eadem hæredibus ab inteſtato, non donatario, debetur, quippe cui neque ex conventione, hanc quantitatem excludente, neque ex jure accreſcendi, ob deficientem donatoris conjunctionem, addici poteſt Jure Civili. N. O. l. un. §. 14. C. d. cad. toll. Diſſ. Carpz. P. 3. C. El. 2. d. 1. Conſ. Schilt. ad π. Ex. 43. ſ. 30. & Saxonico. P. 3. C. El. 2.
  - Efficit Perfecta
    - Secundum quid ſ. quoad Ordinationem
      - Sola Conventione, ut ſpes incerta debendi ſaltem quæſita ſit. a. l. 42. ff. d. O. & A.
      - Ipſa Traditione, ut dominium tranſeat, ſed revocabile. l. 2. ff. h. & rei vindicatio adverſus eos, qui poſſeſſionem nacti ſunt, interim donatario competat. l. 29. ff. h.
    - Simpliciter, nempe Morte Confirmata, ut, cum Donata eſt
      - Certa
        - Species donatoris propria, tranſeat in donatarium ipſo jure dominium. l. f. C. h. a. l. 2. ff. d. publ. in rem act. ad imitationem legati. §. 1. I. h. l. 64. ff. d. furt. Legato enim in eo Similis eſt hæc Donatio quòd. e.g. jus accreſcendi. l. un. §. 14. C. d. cad. toll. ſubſtituendi. l. 1. C. h. l. 50. ff. d. leg. 2. & Falcidiam. l. 2. C. h. admittit, paresque cum Legato actiones: ut rei vindicationem, actionem hypothecariam & ex teſtamento producit. §. 1. I. d. don. j. l. 1. C. commun. d. leg. (Ceſſat autem Falcidia Jur. Sax. El. in Donatione Omnium Bonorum Judiciali. P. 3. C. El. 1. de quo dictum. t. de L. Falcid. p. 440.) Diſſimilis verò eſt Donatio præſens Legato dum (1.) Donationis acceptatio requiritur. l. 38. ff. h. (2.) Donatarii capacitas tempore mortis, non factæ donationis, inſpicitur. l. 22. ff. h. j. l. 1. ff. d. reg. caton. (3.) Filiofam. hæc donandi facultas tribuitur. l. 25. §. 1. ff. h. legandi non æquè. a. l. 2. ff. d. leg. 1. j. §. 3. I. d. leg. (4.) Donatio in ſingulos annos collata una eſt, adeoque capacitas donatarii ſemel tantùm ſpectatur, ſed legatum hujuſmodi multiplex eſſe cenſetur. l. 35. §. f. ff. h. Conſ. Eckh. ad π. h. t. ſ. 6. 7.
      - Quantitas ex natura
        - Conventionis naſcatur vel Actio ex ſtipulatu, cùm ſtipulatio. l. 34. ff. h. vel Condictio ex Lege 35. §. 5. C. d. donat. quoties pactum interceſſit.
        - Legati competat Actio ex teſtamento, item hypothecaria. a. ſ. 1. I. d. donat. j. l. 1. C. Commun. de leg.
  - Tollitur
    - 1. Pœnitentia. §. 1. I. d. don. l. 30. ff. h. Carpz. P. 3. C. 2. d. 9.
      - Sive Declarata ſit Verbis ſive Literis ſive Facto: ut inimicitia capitali cum donatario interveniente. a. l. 3. §. f. ff. d. adim. l. transfer. leg.
      - Niſi aliud Pactum ſit. l. 13. §. 1. l. 35. §. 4. ff. h. N. 87. c. 1. quo caſu tamen Salva manet Donatio mortis cauſa, cum, morte donatarii ante donatorem cōtingente, vel periculo, cujus intuitu donatum eſt, declinato extingvatur. a. §. 1. I. d. donat. verum, quoties Mortis cauſa Donatur ita ut Nullo Caſu donatum Revocetur, magis cauſa impulſiva donationis exprimitur, quàm mortis cauſa donatio propriè ſic dicta ſuſcipitur, adeoque 500. aur. excedens inſinuanda eſt: nam mortis cauſa donatio ea intentione fieri debet, ut in eventum mortis donatoris translatio irrevocabilis dominii differatur. a. l. 27. ff. h. j. l. 1. ff. eod. §. 1. I. d. de donat. Diſſ. Hub. in Præl. ad π. h. t. poſ. 3. Conſ. Vinn. S. Q. l. 2. c. 34. Carpz. P. 3. C. 1. d. 39. Quoties Clauſula de donatione hac nullo caſu revocanda Stylo Notarii ſaltem adjecta citra donatoris intentionem. a. l. 19. ff. d. cond. & dem. Carpz. P. 3. C. 1. d. 40. vel ſimul enixa voluntas donationem morte demum confirmandi à donatore expreſſa eſt, clauſula hæc pro non adjecta habebitur. a. l. 22. ff. d. leg. 3. Mev. Part. 6. D. 332.
    - 2. Morte Donatarii ante Donatorem. §. 1. I. d. don. l. 29. ff. h.
      - Quodſi donator & donatarius commoriantur, nec, quis prior mortuus ſit, conſtet res donatā & tradita revocari nequit, quoniā repetiturus in probatione, quod donator donatario ſupervixerit, ſuccumbit. l. 26. ff. h. j. l. 18. ff. d. reb. dub.
      - Et, ſi Filiofam. donatum eſt Morte
        - Patris, dummodo intuitu ejus donatio facta ſit. e.g. electo ſaltem filii miniſterio. l. 23. ff. h. etiam hodiè. a. l. 27. C. d. teſtam.
        - Filiifam. cùm filio principaliter donatum eſt. d. l. l. f. ff. h. quod in dubio factum eſſe præſumitur. a. L. f. C. d. Uſufr.
    - 3. Liberatione à periculo mortis. v. pag. ſeq.
- Capione. pag. ſeq.